

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 3. Victoriarum amittendaru[m] nuntia monstra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](#)

oratione magnam cædem prædictum, quæ non multò post secura est, prælio, inter AEtolos & Acharnanenses, commisso. Habes hic præfagium & supplicium. Erat enim digna parentibus proles, mulctans pariter, & vaticinans, sed non sine dæmone monstri parente, Dei lictore, & mali nunciatore.

## §. III.

*Victoriarum amittendarum nuncia monstræ.*

Sunt &, apud Valerium Maximum huius præmonitionis exempla. Nam loquens de C. Hostilij Mancini vesana perseuerantia scribit, ei consuli in Hispanianæ ituro hac prodigia accidisse. Cum ab Herculis portu, quo pedibus peruennerat, nauem concenderet, talis vox sine ullo auctore ad aures eius peruenit, Mancine mane. Qua territus, cum itinere conuerso Genuam petisset, & ibi scapham esset ingressus, anguis eximia magnitudinis visus & conspicuus abiit. Haec & insuper aliquid de pullis fugitiuis, concludit tali epiphonemate: Ergo numerum prodigiorum numero calamitatum equauit, infelici pugna, turpi fædere, deditio funesta. Et postea, paulo infra: Non sinit nos M. Crassus, inter granissimas nostri imperij iacturas numerandus, hoc loco, de se silentium agere: plurimis & evidenter tissimis.

Valer.  
Max. I. 13  
c. 6a n. 6a

sifimis, ante tantam ruinam, monstrorum pulsatus ictibus. Vbi autem ea commemoravit, ita pergit: *Magna hæc prodigia: sed & ille clades aliquanto maiores: tot pulcheriarum legionum interitus, tam multa signa hostilibus intercepta manibus, tantum Romana militiae decus barbarorum obtritum equitatu, optima indolis filij cruore paterni respersi oculari, corpusq; imperatoris inter promiscuas caderum strues, anium ferarumq; laniatibus obiectum.* Vellem equidem placidius, sed quod relatu verum est. Sic dij spreti excandescunt: sic humana consilia castigantur, ubi se caelibus preferunt. Plerumque enim fit, ut perituri primùm prudentiam amittant, dein sua sapientia nixi consilia salubriora spernant, quorum ope imminentes sibi calamitates vitare potuissent; vnde id consequatur, ut quod illis accidit, etiam merito accidisse videatur, & casus in culpam transeat. Atque hæc quidem vel Ethnici agnouerunt.

## §. IV.

*Denuo per monstra, ac præsertim per Cometam de ventura calamitate præmonere.*

Eorundem signorum rationem haberi vult etiam diuinus Spiritus in litteris sacris,